






Epistle for the Conversion of St. Paul


L 
Ecti-o Actu-um Apostoló-rum.


I 
-n di-ébus illis: Saulus adhuc spirans minárum, et cædis in discípulos



Dómini, accéssit ad príncipem sacerdotum, et pé-ti-it ab e-o epístolas in



Damáscum ad synagógas: ut si quos invenísset hujus vi-æ viros, ac mu-lí-



eres, vinctos perdúceret in Jerúsa-lem. Et cum i-ter fáceret, cóntigit, ut


appropinquáret Damáscó: et súbito circumfúlsit e-um lux de cæ-lo. Et



cadens in terram, audívit vocem dicéntem sibi: Saule, Saule, quid me per-


séqueris? Qui dixit: Quis es, Dómine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu



perséqueris: durum est tibi contra stímulum calcitrá-re. Et tremens, ac




stupens, dixit: Dómine, quid me vis fácere? Et Dóminus ad e-um: Surge,




et ingrédere civi-tátem, et ibi dicétur tibi quid te opórte-at fácere. Vi-ri



autem illi, qui comi-tabántur cum e-o, stabant stupefácti, audi-éntes



quidem vocem, néminem autem vidéntes. Surréxit autem Saulus de terra,




apertísque ócu-lis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahéntes, intro-




duxérunt Damáscum. Et erat ibi tribus di-ébus non videns, et non mandu-




cávit, neque bi-bit. Erat autem quidam discípus Damásci, nómine Ana-




ní-as: et dixit ad illum in visu Dóminus: Ananí-a. At ille a-it: Ecce ego,




Dómine. Et Dóminus ad e-um: Surge, et vade in vicum qui vocátur Rec-




tus: et quære in domo Judæ Saulum nómine Tarsénsem: ecce enim, o-rat.




(Et vidit virum, Ananí-am nómine, intro-ë-úntem, et imponéntem sibi




manus, ut visum recípi-at). Respóndit autem Ananí-as: Dómine, audívi a




multis de viro hoc, quanta ma-la fécerit sanctis tu-is in Jerúsa-lem: et hic




habet potestátem a princípibus sacerdotum alligándi omnes, qui ívocant




nomen tu-um. Dixit autem ad e-um Dóminus: Vade, quóni-am vas e-lecti-




ónis est mihi iste, ut portet nomen me-um coram géntibus, et régibus,




et fí-li-is Isra-ël. Ego enim osténdam illi, quanta opórte-at e-um pro nó-



mine me-o pa-ti. Et ábi-it Ananí-as, et intro-ívit in domum: et impónens




e-i manus, dixit: Saule frater, Dóminus mi-sit me Jesus, qui appáru-it




tibi in vi-a, qua veni-ébas, ut víde-as, et imple-áris Spí-ritu Sancto. Et




conféstim cecidérunt ab ócu-lis ejus tamquam squamæ, et visum recépit:



et surgens baptizátus est. Et cum accepísset cibum, confortátus est.




Fu-it autem cum discípu-lis, qui erant Damásci, per di-es á-liquot. Et




contínu-o in synagógis prædicábat Jesum, quóni-am hic est Fí-li-us De-i.




Stupébant autem omnes, qui audi-ébant, et dicébant: Nonne hic est, qui



expugnábat in Jerúsa-lem e-os, qui invocábant nomen istud: et huc ad



hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes sacerdotum? Saulus autem



multo magis conva-lescébat, et confundébat Judæ-os, qui habi-tábant



Damásci, affírmans quóni-am hic est Christus.